



Universitätsbibliothek Paderborn

**Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator
communiter resurget ad justitiam.**

Lefelon, Antoine

Bruxellis, 1675

§. 6. Ex dictis patet que sit illa moralis certitudo quae in hac materia
exigitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9433

S. VI.

*Ex dictis patet qua sit illa moralis certitudo qua
in hac materia exigitur.*

HÆc est quæ dici solet moralis certitudo, & unicuique de se suaquè justitia est necessaria, ut juxta Apostoli 1. Corinth. præceptum dignum se probet qui de Eu- c. 11. v. 28. charistico pane edat, aut de calice bibat.

Adeò ut confessio illi sit præmittenda, p. 2. de Sa- qui, uti id notat Parochorum Catechis- cram. pœ. 18. mus, justè vel veretur oppositum: vere- num. 59. tur, inquam, hoc est, ex digno motivo rationibus quibus se justum confidat non acquiescit. Est quippe generalis quidam metus, etiam sanctis in hac vita com- Eccles. 9. munis, quod nesciant *utrum amore an odio* Rom. 8. 7. digni sint. Nam quamvis spiritus reddat testimonium spiritui eorum quod sint Filii Sephonie Dei, propter quod meritò confident, c. 3. v. 17. sic tamen id moderatur *filens in dilectione sua*, ut omnis contrarius metus plerum- què non possit nec debeat deponi. Hoc ipsis expedire novit ille qui nos vult ser- re sibi in timore & exultare cum tremore. Hic tamen generalis est metus morali certitu- dini non officiens. Nam dum, hoc ex- cepto, aliud non occurrit ob quod de sua justitia

inter-
possit,
ndatur
probe-
: quod
bus fe-
hum-
udiciis
x con-
im vel
& eo-
it, sim-
t, quia
Poteſt
: inter-
inspectè
allaciæ
ius eo-
ſic in-
es qui
onunt,
ivum,
ſdem-
tamen

S. VI.

justitia ambigere quis debet, sed potius cuncta suadent oppositum, prudenter se justum reputat, & illi absolute acquiescit, ea sine scrupulosa formidine perficiens, quæ non nisi à justis perfici possunt.

Hoc etiam modo, dum ea quibus pœnitentiam suam ac conversionem manifestat pœnitens, & cætera quæ concurrunt, ritè eum persuadent dispositum, & nihil consideratione dignum sit pro opposito, aut quod illa suspecta faciat vel ambigua, prudenter confessarius acquiescit, & eum debitè reputat dispositum. Et quamvis reflexo intellectu hæc omnia adhuc judicat posse deficere, tamen istius defectus dum nullum alicujus momenti aut ponderis indicium ostenditur, non propterea mentem suspendere debet, sed simpliciter & absolute, hoc non obstante, debitam ejus dispositionem concludere. Hæc est certitudo hac in re communiter haberi possibilis, ac per hoc censa est sufficere.

L. I. de Tri-
nit. cap. 2, videtur, ait Boëthius, eruditus est hominis unumquodque ut ipsum est, ita de eo fidem capere atque tentare. Quod explanans Angelicus Doctor. Sicut optimè, inquit, dictum videtur ab Aristotele in principio Ethicorum, eru-

*Comps. ejus-
dem capit.*

diti

diti hominis est unumquodque ut ipsum est, id est per modum congruum ipsius rei, ita de eo fidem capere atque tentare. Non enim de omnibus potest æqualis certitudo & evidentia demonstratio- nis servari, & sunt hæc verba Philosoph. 2. Ethic. Disciplinati enim est in tantum certitu- dinem inquirere circa unumquodque genus, in quantum natura rei recipit.

§. VII.

Hactenus dicta intelliguntur justâ necessitate exceptâ.

HAETENUS justam semper excepit ne- cessitatem, sed quid eâ sepositâ fa- ciendum sit, pro viribus quas Deus dedit, conatus fui exponere. Inquiri nunc di- gnum fore, quæ sit justa illa necessitas, & quomodo ob eam quæ hîc frequentior est, & suos gradus suscipit, hujus Sacra- menti ministratiōnem oporteat modera- ri. Verùm dumtaxat nunc Appendici re- spondere constitui: quæ autem ob id hucusque protuli, priora sunt, neque in- de dependent, & circa hæc adhuc fer- vet contentio, quam, eorum veritate ma- nifestatâ & utrimque receptâ, optarim finiri. Tum quippe concordibus animis & studiis ad alia quæ particularia magis

N sunt

potius
denter
quies-
perfi-
ci pos-
is pœ-
mani-
oncur-
itum,
at pro-
ciat vel
quies-
litum.
omnia
istius
menti
, non
et, sed
ostan-
onclu-
com-
cen-
dictum
ominis
em ca-
Ang-
dictum
, eru-
diti